Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quod non accepit in altero possideat. ut ipse alteri possidendum quod
accepit humiliter impendat. Sancta ecclesia supni sui capitis corpus est.
in qua alius alta uidendo oculus. alius recta operando manus. alius adcunc
ta discurrendo pes. alius preceptorum uocem intellegendo auris. alius
fetorum bonorumq; fraglantiam discernendo naris est. Qui enim corpo
ralium more membrorum dum uicissim sibi accepta officia impendunt.
unum de semetipsis omnibus corpus reddunt. Miro consilio auctor ac
dispositor nr huic illa largitur: que alii denegat. Alii hec denegat.
que ista largitur. Mensuras itaq; sibi positas egredi nititur: quisq;
posse plusquam acceperit conatur. Unus quisq; fidelium cui fortas
se tantummodo datum est preceptorum occulta disserere: si temptat
etiam miraculis corruscare. aut is quem superne uirtutis donum ad so
la [illegible] miracula roborat. etiam diuine legis pandere occulta conten
dit. in precipitio pedem porrigit. quia mensurarum suarum limi
tem non adtendit. Dicebant de abbate or quia neq; mentitus est
umquam. neq; uirauit. neq; maledixit hominem. neq; si necesse non
fuit locutus est alicui. Venit aliquando abbas ylarius de palestina ad
abbatem antonium in montem. et dixit ei abbas antonius. Bene ue
nisti lucifer qui mane oriris. Et dixit ei abbas hylarion. Pax tibi colu
na lucis. qui sustines orbem terrarum. Dixit quidam abbas. quod ha
bitauerit in heremo quadraginta annos solitarius quidam. qui interro
gatus a iohanne abbate respondit. quia ex quo cepi solitarius esse. num
quam me uidit sol manducantem. Respondit abbas iohannes. nec me
irascentem. Dicebant de abbate arsenio. quia tota nocte uigilabat.
et quando uolebat circa mane dormire: dicebat somno. Veni serue
male: et surripiebat parum somni sedendo. et statim surgebat.

DE GRATIA DEI. XLV.

EX OMNIPOTENTIS DEI GRATIA AD BO
na opera conari quidem possumus. s; hec implere non possumus.
si ipse non adiuuet qui iubet. Sciendum est quia mala nostra
solummodo nostra sunt. bona autem nostra et omnipotentis dei sunt.
et nostra. quia ipse aspirando nos preuenit ut uelimus. qui adiuuan
do prosequitur ne inanitur uelimus. s; possimus implere quod uolumus.
Preueniente gratia. et bona uoluntate subsequente. hoc quod omnipoten
tis dei donum est: fit meritum nostrum. Quod bene paulus breui senten
tia explicat dicens. plus illis omnibus laboraui. Qui ne uideretur sue